68 13. C 78

NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 C
78

68
13
C
78

by Google

Bulla ſan
ctiſſimi Domini noſtri Domini Cle-
mẽtis Diuina prouidẽtia Pape. vii.
In qua decernitur ne ullo pacto: aut
quouis queſito colore Spurii ſucce-
dere poſſint in beneficiis cuiuſcunqꝫ
generis parentũ ſuorũ Sacerdotũ.



BIBLIOTECA S. PETRI AD VINCVLA

CLEMENS Epiſcopus Seruus ſer
uoꝝ dei, Ad perpetuã rei memoriã,
Ad Canonum Conditorem non eſt
dubium pertinere, Cum ſtatuta a ſe
uel predeceſſoribus ſuis,ad animaꝝ
Xp̄ifidelium ſalutem edita,propter
eorũ abuſum,qui ſucceſſu temporũ malitia homi
num ſuccreſcente,magis in dies dignoſcitur obeſ
ſe,q̄ prodeſſe,animaduertit ne ulterius obeſſe ua/
leat,prouidere. Sane poſtq̄ fe. re. Alexãder Papa
.iii.predeceſſor noſter filios preſertim ſacerdotum
in eccleſiis paternis ſuccedere prohibuerat, eaſq;
nihilominus media intercedente perſona filios
ipſos habere diſpoſuerat, cum paſſim Sacerdotes
ut eccleſiis ſuis eorum filii potirentur, ſatagentes
in Alexandri predeceſſoris huiuſmodi diſpoſitiõe
confiſi eccleſias ſuas, quas ad eoꝝ peruenire filios
geſtiebant,in fauorem perſonaꝝ,que eccleſias ip/
ſas,etiam illaꝝ poſſeſſione nõ habita, in ipſoꝝ re/
ſignantiũ filios,ex fornicatiõe genitos, illico mox
reſignare,ipſiq; filii eccleſias ipſas, diſpẽſatione ſu
per defectu natalium, quem ex dictis Sacerdoti/
bus reſignantibus geniti, patiebãtur, etiam patris
nomine expreſſo,obtenta,conſequi hactenus cõ/
ſueuerint,profecto pernicioſum ſemper & abho/
minabile ac in graue diuine Maieſtatis offenſam
tendere,uidelicet quod ipſi presbiteri eorum cri/
men,quod erat occultum, nõ ſine turpitudine ob

inordinatum ſpuriorum filiorum amorem dete/gere non erubeſcerent. Iudicauimus proptereaq; ubi tempus, quod omnia palã facit, & preſentium ratio quid in futurum cauendum ſit admonet, merito admonemur, ut ad tollendum huiuſmodi ab/uſum neceſſarium arbitrati ſumus eiuſdẽ Alexandri predeceſſoris Canonẽ corrigere, potiuſq; ta/lia cum tanto hominũ ſcandalo tolerare. Habita igitur ſuper hiis cum uenerabilibus fratribus no/ſtris Sancte Ro. E. Cardinalibus matura deliberatione de eorum conſilio, & unanimi conſenſu auctoritate apoſtolica tenore preſentium ſtatuimus & ordinauimus quod de cetero filii Presbiterorũ ex fornicatiõe nati eccľias cathedrales, etiã metropolitañ, ac monaſteria, quibus eorũ patres prefuerũt, ſeu illa, & illas dignitates, etiã maiores, & principales perſonatus, adminiſtratiões, & officia, etiã curata: & electiua, & alia quecũq; beneficia eccleſiaſtica cũ cura, & ſine cura, ſecularia, & quorũuis ordinum, regularia, que presbiteri, & clerici, ac religioſi eorum patres in titulum, uel comendã, aut adminiſtrationem, ſeu, ut aliis perpetuo unita ali/quando obtinuerũt, nullo unq̃ tempore quoquo modo obtinere poſſint, nec cum eis ſuper hoc diſpenſare intendimus Et ſi quas diſpenſationes per nos cõcedi contigerit, tanq̃ p preoccupationẽ, & contra mentem noſtram conceſſas eis nullatenus ſuffragari, taleſq; diſpenſationes noſtris uolumus

exulare temporibus,& quod nobis licere non pa/
timur noſtris ſucceſſoribus indicamus. Nõ obſtan
tę prefati Alexandri predeceſſoris,& aliis conſtitu
tionibus,& ordinatiõibus apoſtolicis,ceteriſq; cõ/
trariis quibuſcũq; Volumus autem quod preſen/
tiũ trãſumptis manu alicuius Notarii publici ſub/
ſcriptis,& ſigillo alicuius prelati,uel perſone in di
gnitate eccleſiaſtica conſtitute munitis ea prorſus
fides adhibeatur que p̄ſentibus adhiberetur,ſi eſ/
ſent exhibite,uel oſtenſe,Nulli ergo omnino ho/
minum liceat hanc paginam noſtre ordinationis,
ſtatuti,intentionis,indicationis,& uolũtatis infrin
gere,uel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ
hoc attemptare preſumpſerit, indignationẽ om/
nipotẽtis dei,ac beatorum Petri, & Pauli Apoſto/
lorum eius,ſe nouerit incurſurum.Datum Rome
apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis do/
minice Milleſimo quingenteſimo Trigeſimo ter
tio nonas Iunii,Põtificatus noſtri Anno Septimo.

Romæ in Campo Floræ apud Antonium
Bladum de Aſula Anno Domini
.M.D.XXX.

944239